Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26898
Copyright: Admont, Benediktinerstift





quanto per dissimilem similitudinem figuram se esse et non veritatem probat. Atque in
hoc nostrum animum dissimiles similitudines magis ad veritatem re
ducunt. quo ipsum in sola similitudine manere non permittunt. Quapropter
inquit. non estimo quemquam bene sapientum contradicere hoc. quod dissimi
les similitudines magis animum nostrum ad veritatem reducunt.
quia quod consequens est per preciosiores sacras formationes seduci. i. consequi
vel provenire vel contingere potest facile. ut per illas sacrarum rerum forma
tiones que preciosiores representantur in sacro eloquio. seducantur co
gitationes hominum. estimantes quasdam celestes essentias esse
auriformes. sicut in quibusdam locis scripturarum per similitudinem
representantur. et estimantes etiam in celo esse quosdam fulgoreos
viros indutos decora vestimenta. que admodum angeli apparu
isse leguntur splendidis vestibus. et vultibus fulgoreis candidum
et igneum innocue respergentes. i. enitentes vel fundentes cla
ritatem et lumen. candidum quidem quantum ad vestimenta. et igneum
quantum ad vultus flamineos. et ardentes innocue. i. sine lesi
one. contestante in hoc ipso divino miraculo. quod in divinis et
celestibus naturis que hic demonstrantur per speciem. aliter illic sunt
secundum veritatem. in quibus nature visibilis species cernitur. effectus
non invenitur. Sequitur: Et quibuscumque aliis similibus imaginatis for
mis. i. secundum imaginabilia expressis. theologya celestes fi
guravit intellectus. i. spirituales representavit naturas. ut a superi
oribus subaudiatur. his consequens est seduci estimantes celestes
essentias in sua natura tales existere. Quod quidem ne paterentur.
qui nichil visibilibus bonis altius intelligunt. i. ne hoc estimarent
hii. qui alia bona esse non putant. altiora vel meliora his visibilibus
bonis. ideo sanctorum theologorum sapientia restitutiva mirabiliter
descendit ad indecoras similitudines. i. ideo sancti